Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



fuci. Ne deus me si feci istud: si est iniq̃ in manib̃ meis
si reddidi retribuentib̃q̃ mihi mala: decidam merito
ab inimicis meis inanis. Persequat inimicus anim̃ meam et
apprehendat: conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in pulvere deducat.
Exurge dne in ira tua: et exaltare in finibus
inimicorum meorum. Et exurge dne deus meus in praecepto
quod mandasti: et synagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum
rege. dns iudicat populos. Iudica me dne secundum iustitiam
meam: et secundum innocentiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum
et diriges iustum: scrutans corda et renes
deus. Iustum adiutorium meum a dno qui salvos facit rectos
corde. Deus iudex iustus fortis et patiens: numquid irascitur
per singulos dies. Nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit:
arcum suum tetendit et paravit illum. Et in eo paravit vasa mortis
sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturivit iniustitiam concepit
dolorem et peperit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eum:
et incidit in fovea quam fecit. Convertetur dolor eius
in capite eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Con-
fitebor dno secundum iustitiam eius: et psallam nomini dni altissimi.
Ne dns nr: quoniam admirabile est nomen tuum in universa terra
Quoniam elevata est magnificentia tua super celos. Ex ore infan-
tium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: ut destruas inimicum
et ultorem. Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum lunam et
stellas quae tu fundasti. Quid est homo quod memor es eius aut filius hominis
quoniam visitas eum. Minuisti eum paulo minus ab angelis gloria et ho-
nore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti
sub pedibus eius: oves et boves universas insuper et pecora campi
Volucres celi et pisces maris qui perambulant semitas
Ne dns nr: quoniam admirabile est nomen tuum in universa terra
Confitebor tibi dne in toto corde meo: narrabo